Ouidius de speculo medicine

Hec tibi displiceam quia sic sum corpore paruus
Ortulus iste breuis mitia poma gerit
Plurima doctorum sunt hic experta uirorum
Hic lector summas que meliora putas
Materies monstrat tibi : que medicamina monstrat
Teq; quid amplecti quid ue cauere decet
Si fueris diues que sunt speciosa requires
Simmus caras ellige quid ualeas
Hec nos contempnas uiles cum uideris herbas
Quod bene componis gratius esse solet
Celestis medicus cuius manus omnia possunt
Mirandum prodit quod tibi uile fuit
Hoc medicamentum surdis est auribus aptum
Desuper uina summe coclearia bina
Tantundem summas olei quod prebet oliua
Teq; caput liniat totum medicamine tali
Hinc oui testa pororum p collige succum
Lactantis pueri tantundem sumito lactis
Et tribus ad solem uitreo suspendere debes
Noctibus et totidem sub aperto desine celo
Ex hoc auricule studeas infundere surde
Ut solis radium patiens assumat et aure

FINIS.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_910/0242
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG